



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 159. Acatholicorum Scriptorum lucubrationes, & decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. ejusdem Ordinis edidit iter Insularum  
 A. C. 1669. Camericanarum in America, Relatio-  
 nem variis p[re]s cogitationibus & nota-  
 tam ex omni America, quam aliis Re-  
 gionibus adornatam, quomodo Carme-  
 litæ Turonenses in prædictis Insulis  
 stabiliti? & Phylologiam sacram, seu  
 discursus Morales in plantas S. Scrip-  
 turæ Symbola mysteriorum fid[er]i &  
 veritatum Christianarum.

## §. CLIX.

*Acatholicon Scriptorum lucubra-  
 tiones, & decessus.*

*Alb. Cartes.* Ex Scriptoribus Acatholicis, qui hu-  
*& Cocc.* anno vivis excesserunt, primas te-  
*Sagit. in* net Joannes Cocceius Calvinista, quod  
*trod. ad* Fæderalis, ut vocant, Theologæ au-  
*hist. Eccl.* Ætor novum systema excogitavit, quo  
 tamen Gisbertum Voetium aliosque  
 acerrimos hostes in caput suum as-  
 cersivit, atrocibusque calumniis, con-  
 vitiis, libellis famosis, ac vernacula, popu-  
 laribusque scriptis ansam præbuit,  
 quæ, ut inquit Spanheimius, non modo  
 a Concionibus, Catechesibus & conventio-  
 lis non absuere, sed etiam ad lixas, tor-  
 fores, idiotas, & mulierculas, eiam cum  
 dissidentium fratrum contumelia, sarcasmit,

fall

salibus, ac mordaci aceto fraterna minus Sæc. XVII.  
conspiracye transmissa sunt, Ceterum A.C. 1669.

Cocceius edidit commentaria in omnes  
fere S. Scripturæ libros, summam do-  
ctrinæ de fœdere & Testamento Dei,  
commentarium in Catechismum Hei-  
delbergensem præter alia post huma.  
II. Joannes Quistorpius scripsit cate-  
chesin Antipapisticam, Repetitiones  
Decalogi, Nebo, unde perlustratur terra  
sancta, pia desideria &c. III. Samuel  
Clercke operam suam contulit ad va-  
rias lectiones & observationes in Chal-  
daicam Paraphrasin & Biblia Poly-  
glotta. IV. Paulus Ferrius edidit spe-  
cimen schola stici Orthodoxi, ejusque  
vindicias, extremam desperationem  
traditionis contra Scripturam, cate-  
chismum generalem reformationis &c.  
V. Joannes Dilherrus elucubravit to-  
mos duos disputationum Theologico-  
Philologicarum, Icarum Academicum,  
Atrium linguae sanctæ, Historiam Con-  
fessionis Augustanæ, notas in Cantica,  
tractatum de Theologia rite addiscen-  
da, Chronogiam Ethicam, præter  
alia plura Teuthonico idiomate scripta.  
VI. Joannes Maukischius scripsit notas  
Philologico - Theologicas notitiam  
Dei naturalem explicantes, scripta  
Antipapistica, Antispanheimium, Anti-  
Zwicke-

Sæc. XVII. Zwickerum, signa salutis Domini, &  
A.C. 1669. Disputationes Apologeticas contra Ma-  
resium & alios. VII. Carolus Dre-  
lincurtius vulgavit consolationes An-  
mæ fidelis coutra terrores mortis,  
honorem B. V. debitum, triumphum  
Ecclesiæ, librum contra sanctæ liber-  
tatis Authorem, Dialogen contra Mi-  
sionarios, preces pro Regno & Regno  
Franciæ, defensionem Calvini, Sy-  
nopsin controversiarum cum Ecclesia  
Romana, responsum ad Ernestum  
Hassia Landgravium præter alia  
pauca gallice scripta.



HISTO